

The *Lucula noctis* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

## Sapiencia uel sciencia 1 (2)

Rationem autem assignat Gregorius in Moralibus dicens:  
“Huius mundi sapientia est cor machinationibus  
tegere, sensum verbis velare, que falsa sunt vera ostendere,  
que vera sunt falsa demonstrare.

Hanc qui sciunt, ceteros superbiendo despiciunt; qui  
nesciunt, subiecti et timidi in aliis ipsam mirantur.

Hec sibi obsequentibus precipit honorum culmina  
querere, adepta temporalis glorie vanitate gaudere,  
irrogata ab aliis mala multipliciter reddere,  
cum vires suppetunt nullis resistentibus cedere,  
cum viribus possilitas deest,  
quidquid per malitiam explere non valet,  
hoc in pacifica bonitate simulare.”

*Lucula noctis*, 28 (E. Hunt ed., p.231, ll.288-99).

Huius mundi, inquit, sapiencia est cor machinacionibus  
tegere, sensum uerbis uelare, que falsa sunt uera ostendere,  
que uera sunt falsa demonstrare.

Hanc qui sciunt ceteros superbiendo despiciunt; hanc qui  
nesciunt subiecti et timidi in aliis ipsam mirantur.

Hec sibi obsequentibus precipit honorum culmina  
querere, adepta temporalis glorie uanitate gaudere,  
irrogata ab aliis mala multiplicius reddere,  
cum uires suppetunt nullis resistentibus cedere,  
cum uirtutibus possilitas deest,  
quicquid per maliciam explere non ualet,  
hoc in pacifica bonitate simulare.

Gregorius X. moralium exponens illud Iob XII: Deridetur  
iusti simplicitas.

*Manipulus florū*, Sapiencia uel sciencia 1

Huius mundi sapientia est, cor machinationibus  
tegere, sensum uerbis uelare quae falsa sunt uera ostendere,  
quae uera sunt fallacia demonstrare.

Haec nimirum prudentia usu a iuuenibus scitur;  
haec a pueris pretio discitur,  
hanc qui sciunt ceteros despiciendo superbunt; hanc qui  
nesciunt subiecti et timidi in aliis mirantur,  
quia ab eis haec eadem duplicitas iniquitatis, nomine  
pallianta, diliguntur, dum mentis peruersitas urbanitas uocatur.  
Haec sibi obsequentibus praecipit honorum culmina  
quaerere, adepta temporalis gloriae uanitate gaudere,  
irrogata ab aliis mala multiplicius reddere,  
cum uires suppetunt nullis resistentibus cedere,  
cum uirtutis possilitas deest,  
quicquid explere per malitiam non ualet,  
hoc in pacifica bonitate simulare.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10.29 (CCSL 143, M.  
Adriaen ed., pp.570-1, ll.1-14).